

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

offic.ord. inquirere tamen non potest contra aliquem particularē nisi per talē generatē inquisitionē fuerit notatus, vel nisi praecedētē saētem fama iudicialeē contra illum probata coram ipso; cap. qualiter & quando, 2. de accusat. vnde nec debet, nec potest index inquirere contra actōrem de viura in contractu commissā, ex officio, ob id solum, quod petat executionē instrumentū, quo alter se ei obligauit ad restituendū centum mutuo accepta, & quinque pro interesse pro tempore, in quod illa accepit, cum per præsentationē talis instrumentū nō constet ei notorie, neque per facias, de tali viura; quan-
doquidem licet mutuantur & mutuariato a principio super interesse probabili conuenire, utrūq. Nau. in Man. cap. 17. n. 111, præterquam de interesse Cambiorum, propter no-
tam hī V. prohibitionē in bullā quae incipit. In eam, e-
dita anno 1570. Confit. 148.

TITVLVS XX.

De Majoritate & obedientia.

S. V M M A R I V M.

- 1 Dignitas, Episcopalis decorata, alijs eiusdem nominis major.
- 2 Abbas prærogatiū mytra, & baculo, quosnam pre-
cedat.
- 3 Vicarius Episcopi, de tute omnes preter episcopum pre-
cedat, quamvis contraria consuetudo præualeat possit.
- 4 Prior Collegiate, quando Canonicos Cathedralis pre-
cedat.
- 5 Exorcismos arreptitorum, inferior a Papa prohibere non
potest.

DECISIO IV.

Ex conf. i. alias 5.

Praepositus Ecclesiæ collegiate post alias collegiatas e-
st, cui pofta a Papa insignis Pontificali, & facultates conferendi prima confirātā, Benedicendi, & alia ad Pontificis dignitatem spectantia, conferuntur; licet in processionibus conuentualiter cum suo Capitulo, & conuentu simul incedens, post alios Praepositos ecclesiæ collegiarum prius erectorum, stare, & sedere debet: in actibus tamen extra processiones, & separatis a Capitulo, seu conuentu, in quibus virtutis insignibus episcopis, alios omnes Praepositos etiam prius institutos, quitalibus insignibus vt non possunt, præcedere debet: Cum inter dignitates eiusdem rationis, & ordinis censem-
da sit maior, alijs illa, & maiori honore digna, que insignibus episcopalis est decorata, quam alia similes, eis destituta, cap. Apostolica, de prærog. & majoritas dignitatis præponderat prioritati promotionis: capit. Placuit, §. Ilidorus, d. 16. qua ratione episcopus factus Archiepisco-
pus præcedit episcopum apte ipsum factum Episcopum; & Canonicus factus Archidiaconus, vel alia dignitate prædictus, alium prius factum Canonicum præcedit.

DECISIO II.

Ex conf. i. alias 5.

A Abbas prærogatiū, vt mytra, baculo, & alijs insigni-
bus episcopalis vt possit, carens autem collegio Monachorum, Archidiaconum Ecclesiæ Cathedralis, & alias dignitates episcopo inferiores præcedere debet; Capitu-
lum autem Ecclesiæ Cathedralis collegialiter sedens, vel incedens, non præcedit.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 1.

Vicarius Generalis episcopi; etiam si sit unus de Capitu-
lo, quamvis iure communī attento omnes præter episcopum, tam absente, quam præsente Episcopo, cuius est Vicarius præcedat, de consuetudine tamen con-
traria, que & rationabilis est, & in præscriptione funda-
ta, omnes antiquiores in promotione, Vicarium Episcop-

pi præcedunt: consuetudo autem rationabilis præscripta, contra quocunque ius humānum valeat, cap. fin. de con-
suetud. Immo & Archidiaconus, siue Decanus, & Praedi-
dens, ipsum etiam Episcopum suum præcedit, quando vt
Canonicus, capitulo intercessit glossa in cap. a collatione, de
appellat. in 6. & communis in cap. Ecclesia, de præbend.
in 6.

[Panorm. confi. 2. prima parti. Felyn. in capitu. fla-
tuimus, colum. 1. de majoritate & obedient. volunt Vicar-
ium præcedere debere non obstante consuetudine in con-
tractum.]

DECISIO IV.

Ex conf. 4. in urbisque.

Prior Ecclesiæ Collegiate, qui etiam est Protonotarius, & Doctor. Virtusque iur. & etiam Canonicus Ecclesiæ Cathedralis eiusdem ciuitatis, in qua est illa Ecclesiæ collegiata, quamvis Canonicus & dignitatis Ecclesiæ Cathedralis, eiusmodi qualitates non habentes, temporibus, & locis, in quibus non sedent, aut incedunt collegialiter, sed singulariter tantum, præcedit; Canonici tamen eiusdem Ecclesiæ Cathedralis collegialiter ma-
tiebus, vel incedentibus, stare, sedere, vel incedere debet in eo loco, in quo deberet, si non esset Praelatus, nec Prior Ecclesiæ Collegiate, nec Protonotarius, nec Doctor; quia Canonicus habens maiorem dignitatem, vel qualitatem, quam alij Canonici cum manet inter eos collegialiter con-
gregatus, vt Canonicus in loco, qui ei competit vt Canonicus, manere debet, caput. Postulatis, de concessio, præ-
bend. Domin. & Francus in cap. a collatione de appellat. in 6. Sicut etiam Abbas Monasterij Capitalium Ecclesiæ Cathedralis manens, vel sedens collegialiter non præ-
cedit, quamvis eos qui sunt Capituli, sive sint Canonici, si-
us dignitates cum singulariter manent, vel incedunt, præ-
cedit, capit. decernimus, de iudic. & Panormitan. & Deci-
ibidem.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 6. de officiis iudic. ordin.

Quamvis exorcismus præcedens baptismum per ra-
tionabilem consuetudinem solis Sacerdotibus ba-
ptizatur reseruatis si; vt ait S. Thom. 4. dist. 6. q.
2. art. 3. quest. 3. Arreptitorum tamen, seu a demonijs ob-
fessorum exorcismus ad solos Sacerdotes, saltem ab infec-
tiōte Papa restringi non potest; cum Christiani omnes iō-
re Diuino potestatiē cīciēnti Demonia, & ea increpa-
torie adiurandi habere videantur, vt patet ex illo Marti.
16. quam inferior Papa tollere nequit; argumen. cap. 2. de
Maior. & obed. immo necipie Papa in totū saltem sine iusta
causa; c. Sunt quidam 25. quest. 1. & Inno. in cap. eccl. de
confit. potest tamen episcopus, ne quis inordi-
nat, ac immodestē huiusmodi potestate utatur, statueret;
immo etiam eos ad aliquas ceremonias in exorcizande
seruandas restringere potest.

TITVLVS XXI.

DE Paclis.

S. V M M A R I V M.

- 1 Præstationes immemoriales, que debite, vel in debite pre-
sumuntur.
- 2 Promissio legitima sine metu, & dolo facta, seruanda.
- 3 Dux Militum numerum minorem conduceens, vel aliqua
pretio introducens, iniuste acceptum restituere tenet-
tur.
- 4 Matrimonium apud infideles validē contractum per ba-
ptismum non dissoluitur.
- 5 Regularis simplex, nisi de superioris sui licentia obliga-
ri nequit.
- 6 Debitor, si ad pinguiorem fortunam perueniat, minori
parti, que recusavit debita sua remittere, restituere
non tenetur.

C 2 DE-